2112 Paderni in agro Tarvisino rep. ante paucos annos MUR. *Giacea prima in un villaggio a 3 m. da Treviso* MAFFEI (Ver.) Rep. Paderni prope Tarvisium in coemeterio et Maffeio dono dàta a cardinali Georgio Cornaro abbate Busci et superiore ecclesiae Padernensis AVOGARO p. 150. Intellegi apparet Padernum vicum quinto lapide a Tarvisio. Quem errore indicari pro altero eiusdem nominis vico, qui distat m. p. III ab Asolo, contendit LAZZARI Asolanus (apud Calogerà 40 a. 1749 p. 378); famam enim esse Asoli titulum repertum esse *nel cavarsi il terreno per far le fondamenta della capella maggiore di Paderno* et tempus, quo chorus ecclesiae Paderni Asulani instauratus est, plane convenire cum tempore, quo prodiit titulus. At in talibus Asolanos auctores audiendos non esse supra (p. 198) monuimus. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 180.

L · RAGONIO · L · F
PAP · VRINATIO
LARCIO QVINTI
ANO · COS · SODAL
HADRIANA *L · LEG*
LEG · XIIII · GEM · DONIS
MILITARIB · DONAT
AB · IMP · *Commodo*
ANTONINO AVG PRO
COS PROVINC SARD
IVRID PER APVLIAM
PRAEF FRVM DAND
PRAETOR · AEDIL · Q
PROVINC · AFRIC
SEVIR
CHRYSOPAES · EVTY
CHES *//////////*
SERVI
DOMINO · OPTIM

Contuli. Maffei Ver. ill. p. 354 inscr. n. 39, M. V. 113, 1; Mur. 359, 1, cui misit Ant. Scottus. Inde Orelli 2377. 2702; Pulieri (1840) p. 210.

4. 5 quae dedi inclinatis, hodie desunt; habent Maff. Mur. — 13 AEDIL, non AED·PL lapis.

Tractavit Marinius Arv. p. 355; cf. Borghesi opp. 3, 441. Eiusdem sunt Opiterginae tres supra n. 1968. 1969. 1971 et urbanae duae Henzeni n. 6492 et Grut. 45, 9 = 1029, 1. Illius clausula (nam reliqua plane conveniunt) haec est: *aed(ili) pl(ebis), q(uaestori) pr(o) pr(aetore) provinc(iae) Africae, seviro Ti. Claud(ius) Phaedimpus* [immo *Phaedimus p(osuit)*] *h(onoris) c(ausa)*.

2113 in columna Tarvisii apud ecclesiam S. Andreae FELIC. similiterque RED. ad plateam S. Andreae BON. in pila domus Delphiniae add. BURCH. Extare negat IOH. HENR. SCOTI f. 186.

A C I L I A E
C · F
S E C V N D A E
T · HELVIVS · T · F · SALINATOR
CENTVRIO · LEG · VII

Habent Antiqui Felicianus cod. Marc. f. 136 et Ver. f. 50, item Redianus f. 132'. Item Bononius syll. f. 33, ant. l. 1 p. 17; Manutius in schedula agglutinata solitaria cod. Vat. 5252 f. 21, item cod. Vat. 5237 f. 234, orth. 13, 6 (ex Manutio Ligorius ms. Taur. 1; Grut. 544, 1 ex Manutio et Burchelato); Burchelatus epit. p. 185, hist. p. 500.

Vv. divisi ad Bon. Man. Burch. — 5 VII auctores omnes, VIII Grut. errore.

2114 Tarvisii in muro horti Rholandelli super angulo iuxta flumen BURCH. Locum accuratius non indicant RELIQUI. Hodie desideratur PULIERI p. 213.

C · ANDENIO · C · F
7 · LEGIO · SECVNDAE
ANDENIAE · C · F

Burchelatus epit. p. 186 (inde Grut. 535, 5. 543, 4), hist. p. 501; Scoti ms. citatus a Pulierio p. 213; Bocchi in schedis bibliothecae publ. Tarvis.; Coletus inscr. n. 33; Vinc. Guibert in tabula adiecta ad Coleti exemplum Veronense.

1 GANDENIO · C . . . . Burch. — 2 7 · LEGIO Col., VILICIO Bocchi Guib., ...LEGIO Burch. — SECVNDAE Col. Guib., SECVND . . . Burch. Bocchi. — 3 . . N-DENIAE CF Guib., . . ANDENIA . . C · F . . . Burch. — Infra fractam dat Guib.

2115 Tarvisii ad Rhoam in domo Bononia olim Hieronymi poetae domicilio BURCH.

*s*EX · LIGVSTINO · SEX · F · F
LEGION · $\overline{XV}$ · APOLLI*n*
LIGVSTINO · SEX · F · F
LIGVSTINAE · SEX · F · F

Servavit Burchelatus epit. p. 189 (inde male Grut. 550, 8) hist. p. 502. Inde omnino Io. Henr. Scotus f. 186'.

1 in. et fin., 4 in. lacunae non indicantur.

2116 Tarvisii rep. in ecclesia cathedrali 4 Iul. 1760, dum antiqua chori columna loco movetur; nunc ibi in pariete turris campanariae AVOG. Ibidem adhuc.

L · LAMPONIVS · L · L · ONESIMVS
P · CARMINIVS · P · L · LICINVS
P · TERENTIVS · P · L · VEGETVS
P · CARMINIVS · P · L · PRIMVS
IIIIII · VIRI
VIAM · CVM · CREPIDINIBVS
A · QVADRVVIO · AD · MVRVM
STRAVERVNT
OB · HONOR

Contuli. Habent *Nuove memorie del Valvasense* 5, 281; Avogaro in libro de beato Henrico (Venetiis 1760) 2, 220 et apud Calogerà *n. r.* 8 (1761), 197 aere expressam; item Lazzari ib. 10, 73 sq.; item Anonymi ib. 11, 361 sq. et 13, 189; adscripta est item ad mon. Tarv. Ioh. Henr. Scotii in fine; Coletus n. 4; Pulieri p. 205. Ab his Donat. 467, 16 auctore non indicato; Carli ant. Ital. 2, 119; Filiasi mem ed. 1 2, 128, ed. 2 1, 337; Orelli 3844; Henzen 6614.

2117 Tarvisii in turri quadam apud episcopatum RED. prope forum praetorium in turri maxima Russinionia BURCH. Denuo prodiit a. 1798 diruta turri magna callis maioris; servatur apud Crespanos fratres ADD. AD COL. Fratres Trevisan dederunt municipio PULIERI. Extat in curia.

DEDIT · VT · HONOREM · DECVRIONATVS
QVO · EVM · DIGNVM · IVDICAVERAT · POST
FINITAE · MORTALITATIS · EIVS · EXCESSVM
TRANSFERRET · IN · M · SAVFEIVM · T · F · PVDENTEM
PROXIMVM · ADFINEM · VT · HABERET · ET · PRIS
CVS · IN · ILLA · SEDE · PERPETVA · RELICTIS · TAN
DEM · NIMIAE · INFIRMITATIS · DOLORIBVS
HONORATO · SVO · ADFINE · SPLENDIDVM · PV
BLICAE · PIETATIS · ADFECTVM · ET · PARENS · EIVS
QVI · AMISSO · VNICO · FILIO · NIMIO · MAERORE
GRAVITER · ADFLICTVS · EST · TAM · SAEVI · LVCTVS
PERCIPERET · SVBLIME · SOLACIVM · INTERVENTV
BENIGNISSIMI · DECRETI
OCTAVIAE · TI · F · SERENAE · OPTIMAE · CONIVGI
M · SAVFEIVS · PVDENS · T · SAVFEIVS · SEVERVS
SAVFEIO · T · F · MONTANO · FILIO · ANNOR · III
MVLVIAE · T · F · SEVERAE · SANCTISSIMAE · VXORI
VIVI · FECERVNT
H · M · H · N · S
IN · FR · P · XXXIV RET · P · XXXV

Contuli. Habent Redianus f. 132' solus ex antiquis; Bononius syll. f. 33, ant. l. I p. 21; Accursius ms. (O. 125 sup. fasc. 37 n. 1) qui vidit a. 1524; Burchelatus epit. p. 187. 206 (inde et ex schedis Sculteti qui ad marmor descripsit Grut. 494, 4); Io. Henr. Scoti mon. Tarvis. f. 184'; Pococke cod. 22994 f. 104; Pulieri p. 204. Coletus n. 12 spuriam iudicat sine ulla causa.

16 in. vacuum remansit unius elementi spatium. — Puero, de quo hic agitur, cum decurionatus ab ordine datus esset in honorem non tam patris quam Prisci cuiusdam cognati (puta avi materni), iam illo defuncto deficientibusque sic Prisci cognatis decurionatus transfertur in Prisci proximum adfinem M. Saufeium T. f. Pudentem, ut aliqua certe ratione *sedes* (id est locus inter decuriones) *perpetua* (v. 6) in domo Prisci maneret.